

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia lenensi
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

Engau, Johann Rudolph

Jenae, MDCCXLVIII.

VD18 12413879

Tit. XXXVIII. De Magia.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10011

TIT. XXXVIII.
DE MAGIA.

§. CCCCXXXV.

Magiae

Magia est ars diuinandi & miranda faciendi, modo; quem plebs adhuc cognoscere non potuit *u*).

cuiuscun-
que

Diuiditur (1) in *diuinatricem* & *operatricem*, atque (2) prout nititur uel uiribus & qualitatibus *naturae*, uel, quod olim fere omnes statuebant, commercio & pacto * cum *cacodæmone* inito, in *naturalem* & *diabolicam* *x*) siue *hæreticalem* *y*). *Hæc* semper, illa, si simul noxia, notam incurrit criminis.

* Hoc pactum, quod ab initio mysticum fuisse uidetur, succedente tempore uerum & proprium habuerunt simplices. Vnde non mirum, quod, quum primarii hominum affectus sint *uoluptas*, *ambitio* & *auaritia*, statuerint, magos idcirco pætum cum diabolo inire, ut (*a*) ipsis cum hoc, aut cum iuuene, diaboli ope per hircum adducto, *congredi*, atque choreis & commensationibus in monte bructerorum interesse liceret. MIRVS de conuentu sagarum ad sua sabbata, (*b*) ut artem diuinandi & miranda faciendi tam in proprium commodum quam in aliorum dænum exercere,

u) WIER de præ- II, 3, 1.
ftig. daemon. I, 1. *y*) III. BOEHMER
x) FROELICH c. I. I. E. P. TO. V. p. 461.



exercere, atque u. c. ex cribro, speculo &c. obserua intelligere P R A E T O R I V S de coscinoman-
tia, & futura praeuidere &c. tempestates & toni-
trua excitare, fruges incantare, mures, pediculos
& eius generis alia nocua animalia producere,
masculis testiculos per carmina adimere, ligulas
necere, formam humanam mutare, mortuos ac-
cessere &c. possent; (c) ut rebus omnibus, quas
cuperent, abundarent.

§. CCCCXXXVII.

Hæreticalem, cui hæresin, apostasi-
am, & sodomiam subesse putabant pa-
tres & pontifices ^{a)}, igne persecuti sunt
Franci ^{a)} & Saxones ^{b)}). C A R O L V S de-
nique noxiam igne, innoxiam arbitraria
pœna vindicari uoluit ^{c)}.

§. CCCCXXXVIII.

Iuris Criminalis Dd. plerumque (1) illius inter-
igni tradunt eos, qui cum diabolo pacti pretum?
sunt, aut concubuerunt; (2) tam com-
mercii cum diabolo, quam artis magi-
cæ ope diaboli cum damno aliorum exer-
citæ gladium habent vindicem, nisi (a)
damnum magia datum sit leue ^{d)} uel
(b) inopinato secutum, aut (c) ma-
gum minoris ætatis ^{e)} uel (d) seductum
esse sat constet; (3) relegatione aut alia

P 4 pœna

-
- | | |
|--|---|
| z) Bull. Innocentii
VIII. Ioannis XXII. &c. | c) C. C. art. 109.
d) KRESS ad c. art. |
| a) LEYSER sp. 608.
m. 14. | §. 3. |
| b) I. P. S. II, 13. | e) STRYK V. m. ff.
tit. de sicariis §. 19. |



pœna arbitraria dignum iudicant eos, qui magia naturali in aliorum dænum usi sunt, aut sine pacto & commercio diabolico superstitiones artes & præstigia adhibuerunt, citra aliorum tamen dænum f).

§. CCCCXXXIX.

Sanior cir-
ca magiam
sententia.

Fallor, aut in omnibus illis, quæ de sagis prodigiosa narrantur (§. CCCCXXXVI.), multa ficta, quædam ridicula, pauca uera, a dæmone nulla esse, grauissimis de causis statuunt HUTCHINSON g), ST. ANDRE b), BECKER i), BRUNNEMANN k), HOFFMANN l), THOMASIVS m) aliique. Quum enim diabolus ordinem naturæ immutare & miracula edere nequeat, qui fieri potest? (a) ut cum homine congregatur, mox incubum mox succubum se præstet, mox semen calidum mox frigidum immittat; (b) ut tempestates excitet &c. Præterea fœdus cum diabolo corporaliter iniri nequit, nec, si possit, de illius constat usu.

§. CCCCXL.

Praxis ho-
dierna.

Hinc hodie (i) plane negamus pactum cum

f) Cons. BOEHMER
El. Iur. Crim. sect. 2.
§. 65. seq.

g) tr. von der ſau-
berey.

h) Lesenswürdige
Briefe von der ſau-
berey.

i) Bezauberte Welt.

k) Discours von be-
trügl. Kennz. der ſau-
berey, c. 1. §. 8. seq.

l) d. de diaboli poten-
tia in corpora.

m) d. de crimine ma-
giae.



cum diabolo *n*), & (2) ad phantasmata referimus carnales aliasque cum eo conuersationes, nec non transmutationes in hircos, potestatem uolitandi per aerem &c. (3) adstruimus, plures dari effectus rerum in natura fundatos, qui tamen, quomodo producantur, non omnibus innotescunt *o*); porro (4) statuimus, magiae uel stellionatum, uel superstitionem, uel melancholiam subesse, atque hoc casu medicos, ut mentis morbum ex corporis male affecti qualitatibus pellant, adhiberi *p*), illo censuræ ecclesiasticæ, & denique isto pœnæ extraordinariæ locum dari debere.

TIT. XXXIX.
DE
FALSO ET VARIIS IL-
LIVS GENERIBVS.

§. CCCCXL.

Falso est ueritatis immutatio, da- Falso, seu mnum ferens tertio. Quæ ubi dolo malo facta est, *crimen falsi* constituit.

§. CCCCXLII.

Vnde facile intelligitur (1) nimis ua- ueritatis riare modos, quibus falsum committi immutatio P 5 in præudi- potest; ciuii tertii facta,

n) Id. c. d. §. 31. seq. mag. II, 5.

M A V R I T I V S de de-

nunt. sagar. c. 2. p) Ill. B O E H M E R

o) D E L R I O disquis. c. I. p. 462. seq.

